Varias tam incertasq; tentarunt uias, tam diverso
modo fucatos quesierunt personas, ut nihil in-
fectum reliquerint. Omnium post aliquot dies Con-
sanguineorum iussu ab avunculo vocatus fuit
Celinagus ad maritimam ubi etiam ut solus uno tantu comite
famulo abiret imperatum eum in finem ut Illuminatum domi relinquere
cogeretur, quemadmodum fecit et sequenti die cum avunculo eo profectus
relicto domi Illuminato, quid tunc moliti fuerint adhuc non comperti
cogitandum tamen tentasse eos aliquid cuius finis pro mente ipsorum
non successerit, flagitabat tamen discedendi licentiam Illuminatus
à Duce et Spoletum dire se velle aiebat. Anxia videbatur haec pe-
titio ijs quibus persuasum erat Illuminatum abductionem Celinagij in
Belgium moliri, qui vero sciebant hanc rem larvam et fictionem
esse discessum eius sollicitabant, ut extra Sammauij aedes abi-
ret et [illegible] traderet Monurus. Verum omnipotens Deus
qui honori Illuminati favere voluit tantum cavit dedecus, atque
mansionem et illi et V incussit. Sperabant quoque novi se aliquid
ab Illuminato visuros si ita à Celinago per aliquot dies separatus
detineretur. Interim Princeps suis nihil pepercit consuetis scrutatio-
nibus et studijs verum pluribus inventis ad maris littora stirpibus
et naturali speculatione condignis ea in unum contulit et pro Lynceo reposuit
post aliquot dies ad Monurum reversus laetissimo auspicio summo
gaudio quasi annis abfuisset multis gavisus et Illuminatus, Ac post sa-
lutationem parentum fratrumq; ac sororum in Lynceum se contulit
ibi transacta omnia ijs quibus ipse abfuerat diebus narrata
fuere ac alter alteri sua retulit Monurus solis nisi... explicandis
occupatus erat Sammauiis naturalibus observationibus allatis que
viderat eadem explicavit. Principe vero serijs Lynceos agitari demum
periculis cognitum fuit et nullibi amplius ijs tutum esse iterum
perspectum quod valdè et extremè displicuit Principi cum tanta
mala Lynceis contingere videret non aliam ob rationem nisi quia
ipsi fideliter inserviebant. Cogitavit ergo Celinagus qua via placare pos-
set consanguineorum et praecipue parentum animos ne ea acerbitate
contra eum eiusq; famulos qui nihil mali agebant torquerent nihil
nec visum fuit opportunius quam ut Monurus matrem accederet
et quam posset benigniter ab ea defensionem exposceret. Egit ita Mo-
nurus et Matrem Celinagi qua potuit pietate allocutus. Illa sapientissi-
ma matrona satis benignis verbis Illuminato respondit cum revera